

AZUGOS, est vena ortum ducens ex Vena cava dupli-
ci origine in abdomen inter duos diaphragmatis appendi-
ces, dein Thoracem ingressa sub Aorta juxta dorſi verte-
bras, accipit Venas Intercostales, & Venae cavae superio-
ri iterum inferitur, estque insignis capacitatis. *Sine Pari*
aut Jugo dicta, ex a priv. & ζυγοjugum. B. *Ader son-*
der paar of weerga. G. Die ader ohne paar. Gall. *Veine*
Azygos. A. Thé veine without a paire.

AZUR, à voce Arabica, & Persica, *Lazur*, quā cæru-
leum pigmentum denotant.

AZYMUS, est panis non fermentatus, & insalubris,
ex a priv. & ζυμω fermento, unde ζυμη fermentum. B. *On-*
geheveilt brood / ongezuurd brood. G. Ungehuffelt, un-
gesauert brod. Gall. *Pain à chanter, sans levain, azyme*. A.
Unleavened.

B.

BACCA BACCÆ. Gr. κόκκος, dicuntur fructus seu fru-
ctus sphærici, minores herbarum, fruticum, arborum-
ve, qui dispersius rariusque nascuntur: vel quicunque
parvi sunt & rotundi, ut ribes. Fraga, baccæ lauri, jun-
iperi, plerūque molles, tenui membranâ, tecti, & semi-
na in substantia pulposa nidulantia continent: atque in hoc
ab acinis differunt, quod iis densius proveniant. *Bacca*,
fortè à Baccho, quia vitis, baccas producens, Baccho di-
cata. B. *Bezie*. G. Beeren. Gall. *Baye*. A. A Berry.

BACCAR, BACCARIS, est herba odorata. Sic dicitur
quasi παραχνεις, omnibus grata, propter eximiam fra-
grantiae gratiam, in radice cinnamomum redolente, vel no-
men accepit απὸ τοῦ βακχά, χάρις, quod ex eo coronæ
bacchantium more, magna cum gratia, quam ex hedera
gestatae sint.

BACCHICA, vide *Hedera*.

BACCINIA & BACCINUM, est Vaccinia, sic dicta
quod baccas producat.

BACILLI, nomen imponitur Medicamentis figurâ ba-
cillorum oblongâ, seu tereti, ut bacilli, seu candelæ
odoriferæ. Item & bacilli ex glycyrrhiza, ab una extre-
mitate contusi, qui linctui interviunt: Ut vulgo in affe-
ctibus pulmonum & tuſſi, vel asthmate, à Galenica &

Ara-

Arabica Medicorum turba præscribuntur. B. **Stokjes /**
lik en sproopstokjes. Item vocantur Candelæ illæ, quæ
 usui veniunt, si cadaver aliquod foetidum dissectionibus
 Anatomicis vacet. **Kuikende Haarsjes.** G. Wolriechen-
 der Kertzlein. Gall. *Chandelles odoriferantes.* A. A Sweet-
 smelling candle, or a Small Sticks.

BADIAGA, Est planta aquatica, *spongiosa*, ex multis
 fibrillis herbaceis quasi contexta, fragilis & friabilis si sicca,
 semina sunt grana rotunda, coloris albidi, in altera parte
 instar lapidum cancri excavata: odor plantæ est teter &
 pungens. Est planta apud Moscovitas in frequenti usu,
 contra livores oculorum & aliarum partium à verberibus,
 quos pulvis impositus unâ nocte tollere dicitur. Vide de
 hac Comment. Petropol. vol. 2.

BALANÆUM, sive **BALNEUM**, est propriè reme-
 dium corpori potissimum curando, detergendo, emollien-
 do, alliciendo, fovendo, quin & sudando deputatum: nam
 est totius corporis lotio; non raro tamen & pro lotione
 partium solummodo inferiorum sumitur, quas *Infessus* &
Semicupia vulgo vocant. Estque vel *Siccum* vel *Humidum*;
 sicca parantur ex cineribus, sale vulgari, arena, chalybe
 limato &c. *Humida* sunt vel *vaporosa*, vel *aquosa*. *Vapo-rosa* sunt ex coctione Radicum, Herbarum, Florum, Se-
 minum, &c. cuius vapor tantum suscipitur. *Aquosa* sunt
 vel *artificialia*, quæ parantur ex decoctis Medicamentosis.
 Vel *Mineralia* quæ *Thermae* vocantur, quarum aquæ sunt
 aluminosæ, ferrea, cupreæ, nitrofæ, sulphureæ, bitumi-
 nosæ, vitriolicæ, &c. quæ omnes *Acidularum* nomine ve-
 niunt. B. **Zuur-bronnen.** G. Saur-bronnen. Ex *βάλλω*
 pello, & *αίρω* tristitia seu morbus. B. **Ein Bad-stove /**
water-bad / bad. G. Ein Bad-stube. Gall. *Un Bain.* A.
 Bath.

BALANDA, aliis **VALANIDA** est *Esculus*, cuius
 fructus glandiformes sunt: ex *βάλλω* glans, & *ιδη* for-
 ma.

BALANOCASTANUM, est radix tuberosa, quæ etiam
 Bulbocastanum appellatur. Ex *βάλλω* glans, & *καστανα*
 castanea.

BALANOS, est glans propriè *quercus*, sed latius saepè
 sumitur pro quibusdam fructibus oblongis & duris. For-
 mè à *βάλλω* projicio.

BALANUS, seu GLANS, est penis suprema pars, præputio tecta. *Balanus*, *Körnig*, *Suide* & *Hesychio*. B. *Hooft der mannelypche roede*. G. *Der Kopff*, vel *Kolb am Schwantz*. Gall. *le gland*. A. *the head of the yard*. Item *Clitoris Mallebris*, vide *Clitoris*. Sic etiam bulboſi fructus & radices appellantur, ut *Juglans* quasi *Jovis glans*; item *glans quercus*, *Bulbocastanum* &c. B. *Eestels*, *holben*. G. *Ein Eichel*, *esch-lauchi*. Gall. *Gland*, *eschalotte*. A. *A kind of a corns*, or *Cheſnut*. Item *Suppositorium*, & *glans*, vide *suo loco*.

BALANUS MYREPSICA, sive NUX UNGUENTARIA. Venit ex *Ægypto*, *Arabia*, *Æthiopia*, *Syria* & *Barbaria*. Fructus est arboris *Tamaricis* ſimilis, magnitudine *avellanae nucis*, intus nucleum continens pinguem & oleofum, veluti amygdalæ. Plinio dicitur *Myrobalanum*. Arab. *Habel Ben*, vel *Ban*, ab aliis *granum Ben*, in officinis *Ben*. Turcis *Hebelben*, ex *Balanus* *glans*, & *nux* unguentum.

BALATRO five BAMBALIO, est vitium lingue in laxitate confitens muscularum aut vinculi, cui adest nimia oris saliva. B. *Breyen*, loquuntur enim, ac si bucca pulte effet repleta. Sic G. *Breyen*. Gall. *Parler comme si l'on avoit la bouche pleine de bouillie*. Quidam accipiunt pro hominibus nullius pretii. Forte a balatu & vaniloquentia. B. *Babbelaars*, *tateraars*, *hakelaars*. G. *Ein Plauderer*, *Backer* vel *Lallender* Tropſ. Gall. *Hableur*, *Jaseur*. A. *A Babbler or Pratler*.

BALAUSTIUM, est flos mali punicei sylvestris coloris punicei, faporis adstringentis. An à *βλαστού* germinare. Gall. *les Balaustes ou fleurs du Grenadier*.

BALBUTIES, Gr. *Τεραλθης*, *Τεραλισμης*, Φοιλαλθης, & *Φοιλαλωνης*. Huc pertinet *Blaſitas* & *Blaſa* *lingua*; *Balatro*, & *Bambalio*. Est vitium in muscularis & organis loquelæ. Estque vox tarda & interrupta, varie flexa, & in quibusdam literarum pronunciationibus admodum difficultis, hinc cum eas efferre non possunt, alium sonum & inarticulatum five *sibilum*, & aspirationem eo conantur, quo difficultati mederi volunt, adsperrunt subinde silent, mox contentiore voce excutunt incondita quedam, incongruit oris & linguae contorsione: Porrò tremulo fono certa vocabula loquuntur & os habere solent hu-

humore nimirum madens, quem saepe cohibere non possunt, quin effluat, aut in adstantes expuatur. Tandem hoc habet Balbuties, quod alio tempore major sit, alio minor: hinc fani & qui bene loquuntur, nimirum si festinent, saepe balbutiunt. B. *Stameling*. G. Das Stammlen. Gall. *Beguayement*. A. A stuttering, a stammering.

BALISTÆ Os, vide *Astralagus*.

BALLÔTE, est Marrubii species: habetque caules fortis, quadratos, lanuginosos, rubicundos, folia sibi invicem opposita, majora, & oblongiora Marrubio albo, Melissam referentia, sed obtusiora, magis rugosa, in margine incisa, coloris viridis subfuscæ, odoris fortidi; flores verticillatos coloris rubri; semina oblonga, in capsula, quæ flori tanquam calix inservit, inclusa; radix fibrosa, perennis: sic dicitur παρὰ τὸ βάλλεν, καιῶτα, quod ad invertebat aurum dolores sit efficax. Vocatur *Marrubium nigrum*, à foliorum similitudine & *Nigrum* à caulis colore, qui niger est respectu *Marrubii* albi: habet odorem virosum ut *Castoreum*. Gall. *Marrube noir ou Martribe puant*.

BALNEUM, Chymicis dicitur vario modo, nempe arenosum, Cinereum, Martiale, Marie, Maris, Vaporosum &c. *Arenosum Balneum* est, cum retorta vel cucurbita in arena collocatur vel in cineribus vel chalybis limatura. *Balneum Mariae seu Maris*, quod hoc signo notatur. B. M. & M. B. est cum eadem instrumenta aquæ calidae imponuntur; & cum vaporosum dicitur, instrumenta tantum vaporem aqueum excipiunt, vel corpora sudationi expnnuntur. B. *In 't Bad distilleren*. G. In Bad distillieren, vel Sinbrennholm. Gall. *Bain*, *Bain Marie*, *Bain de vapeur*. A. Distillation in the Bath. De cæteris Balneis, vide *Balanæum*.

BALSAMELLA, idem quod *Balsamina*.

BALSAMINA, est planta, quæ habet caules crassos, rectos, ramosos, succulentos, aliquando in parte inferiori rubicundos: folia oblonga, acuta, aliquantulum in margine incisa, saporis amari: flores polypetalos, anomalous; hi autem vel tetrapetali, vel hexapetali; floræ tetrapetali petalum superius fornicateum est, inferius concavum, & caudatum, duobus lateralibus auritis & amplio-

plioribus; floris hexapetalii petalum inferius est caudae expers: Pistillum duobus foliolis stipatum, floris medianum occupat, abitque deinde in fructum nunc ex utraque parte turbinatum, nunc siliqua aemulum, valde contractilem, vi elasticâ hâc illa diffilientem, seminibusque foetum, axi seu placenta affixis; radix fibrosa, alba est: Nomen, quod ex floribus infestatione balsamum fiat, ad vulnera sananda, fortitur, mirum unde ipsi illud nomen, nam minimè balsamum refert, neque est apta ad Balsamum conficiendum, sed penitus est venenata. Gall. *Balsamine.*

BALSAMITA, est planta, qua habet caules canaliculatos, villosos, rainosos: folia oblonga, in margine incisa; flores in summitate caulium congesti iunt; his succedunt capsulae membranosa, compressa, oblonga, semina parva continentis: radix mentham refert, fibrosa est; dicitur & costus hortorum, mentha corymbifera; derivatur, ob odorem potentem, à voce Balsamum. B. *Balsam-kruid.* Gall. *Cog. herbe du Coq. Pasté.*

BALSAMUM, ejus planta frutex est; seu arbuscula, tres cubitos ad summum alta, folia alens Rutæ foliis similia. *Syriacum* dicitur Rutæ folio. Nascitur sponte in Arabia Felici, unde olim in Iudeam, & hodie in Ægyptum transflata, loco quodam occluso; Cayro vicino, quem *Materiam* vocant, colitur. Ejus fructus dicitur *Carpobalsamus*; Ramusculi *Xylobalsamum*; Succus *Opobalsamum*. Fructus eligatur recens, plenus, ponderosus, guitu morax. Rami sculi probantur recentes, tenues & odorati. Dicitur ἀπὸ τοῦ βαλσάμου, καὶ σμύρναι, quod celestem ac divinam messiem reddat. *Hesychius*, βαλσάμος, οὐδὲ καὶ ἔγαρος, καὶ βαλδες, polum cælum. Vel *Balsamum* dicitur, quasi *Balsamin*, quod in orientalibus linguis exercitati dicunt esse, Princeps aromatum. *Pausanias*, si recte scribitur πάλσαμον, vocatur. Alii βλάσπαμον. Ægypti *Balassan* nominant. B. *Balseni.* G. *Balsam.* Gall. *Baume.* A. The Balsame Tree.

BALSAMUS vel **BALSAMUM**. Balsami vocabulum pluribus in officina usurpatur significationibus. 1. Denotat genus quoddam *odoramenti* crassiusculi instar unguentū, vel linimenti, & haec significatio usitatisima est. e.g. *Balsamus rosarium*, *apoplecticus* & *similes*. 2. Solent quoque

que ex gummi resinifve cum spiritu vini liquores destillari, qui extrinsecus illinuntur, balsamique nomine veniunt; ut balsamus nervinus, sciaticus & similes. 3. *Inunctorium* liquorē significat, eumque oleo crassiorē, linimento liquidiorē. 4. Balsami nomine sibi vindicarunt *solia fusæ* & *liquata*; ut balsamus salis gemmæ. 5. Sunt *singulares* quedam *preparationes* quibus balsami nomen imponunt; ut balsamum fulphuris, &c. 6. Tandem etiam lachrymæ quædani arboreæ balsami vocantur, ut balsamus copayvæ. 7. Balsamus est, quo cadavera condiuntur. B. *Balsam*. G. Balsam. Gall. *Baume*. A. Balme or Balsame.

BAMBALIO, Idem quod *Balatro*.

BAMBAX, Idem quod *Bombax*.

BAMMA, est tinctura seu liquor, in quo aliquid tingitur, aut madefit, ut panis iuscuso immeritus, à βάμμῳ immerso. B. *Een indooepsel*. G. Da man was ein taucht, einweicht. Gall. *immersion*, *trempeinent*. A. A liquor in which any thing is dipped.

BAPTISECULA, vide *Cyanus*.

BARAS, Arab. Idem quod *Alphus*.

BARBA, est Labiorum & menti pars pilosa. B. *De baard*. G. Der bart. Gall. *La barbe*. A. A beard.

BARBA CAPRINA; vel CAPRI; vocatur à florū figura, quæ caprinam barbam referre videtur.

BARBA HIRCI, idem quod *Tragopogum*, & *Ulmaria*. BARBA JOVIS, est *Semper-vivum*, seu *Sedum*. Est arbuscula quæ habet caulem durum, ferè lignosum, cortice lanuginoso albo tectum, plures ramos diffidentem; folia bina villosa, splendentia, coloris argenti: flores in summitate crescentes, sunt exigui, leguminosi; genistam referentes, quo ad figuram, non quo ad magnitudinem; post florem sequitur filiola brevis, ferè ovata, foeta semine subrotundo & crescit in montibus & locis saxosis circa mare. Gr. Αἴσιον: sic dicta forte, quod putent cum Jovis barba similitudinem habere. B. *Huislook*! *Wondervaard*. G. Haus-laub, Haufz-wurtz, Donner-bart. Gall. *Joubarbe*. A. *Houflecke*.

BARBAREA, est herba S. Barbaræ dicata. Appellatur alias *Nasturtium Hyemale*. Gall. *herbe aux Charpentiers*.

BARDANA, est *Lappa*. Forte à Bardus, hoc est hedges; quia folia habet mollia & hebetia. Vide *Lappa*.

BARYOCOCCALON, est *Stramonia*, sive pomum spinosum, ac si dices, quod sit nux, gravem somnum producens, ex βαρύτι, gravis, & νύκτος nucleus.

BARYCOIA, est audiendi gravitas, ex βαρύ grave, & ακύτο audio. B. *Swaarhorigheid*. G. *Harthoerung*, Taubheit. Gall. *Surdité*. A. Hardness of hearing.

BARYPHONIA, est loquendi gravitas, à βαρύ grave & φωνή vox. B. *Een moepeijkheid van spreken*. G. Schwere zu sprechen. Gall. *Difficulté en parlant*. A. Difficulty of speaking.

BARYPICRON, est Absinthium latifolium : quasi dictes, supra modum amarum. Ex βαρύ grave, & πυρηνή amarum.

BASILARE Os, vulgo denotat os *Sphenoides*, & palati os. Significat quoque occipitis os, quod & Os praetere, Os memoriae, vel Os *pyxidis* dicitur. Gr. ινσον. B. *Het Wigge-been*. Gall. *l'Os sphenoide*.

BASILICA, est vena brachii interna, *Hepatica* dicta, à βασιλεὺ rego. B. *Leber-ader*. G. Die Leber-ader. Gall. *La veine basilique*. A. The baslick veine.

BASICUM, est Medicamentum viribus pretiosum, & ceteris excellens, à βασιλεὺ rego : hoc nomine tamen plerumque officinale unguentum insignitur. B. *Een koninklijk Genes-middel*. G. Kenigliche Artzney. Gall. *Remede Royale*. A. A Noble Medicine.

BASICUM, est Ocimum, herba odorifera. Sic dicta ob vires quas præstat regias. *Βασιλίκη* est Regium : βασιλέως Rex.

BASIOGLOSSUM, est pars muscularum linguam deprimens, ortum a basi ossis hyoidis, finitur prope linguæ cuspidem, fibris secundum longitudinem, & aliquatenus oblique ad latus excurrentibus : ex βάσις fulcimentum & γλώσσα lingua. B. *Des tonge neerdrukende spieren*. G. Des zungs niederdrückende mausz. Gall. *Muscle qui abaisse la langue*. A. Muscles that depress the tongue.

BASIS, est cordis superior pars mucroni oppofita. Item fūtentaculum ossis Hyoidis pro lingua : & occipitis os pro fūtentando cerebro &c. Item in formulis præscribendis præcipuum ingrediens : à βασιν incedo, unde os Basiliare. B. *Ondersteunsel / grond / voet*. G. Der Grund, boden eines dinges. Gall. *Base*. A. The base of any things.

BATH,

BATHMIS, est sinus in osse Brachii seu Humeri, utrinque singuli; in quo cum extenditur flectiturque tota manus; ulnæ ipsius coronæ, sive processus ingrediuntur: à βάθω ingredior. B. Een inhoek van 't schouder-been. G. Hohle von das Arm-bein. Gall. sinus ou fosse de l'os du bras. A. The in most process of the Shoulder bone that receives the Ulna.

BATHYPICRON, est *Absinthium latifolium*. Significat profundè amarum, ex βαθῷ profunde, & πικρῷ amarum.

BATINON MORON, est fructus Rubi idæi, βάτος enim est rubus.

BATIS & BATOS, est Rubus, ut docet Nicandri Scholiaest: dicitur, quod indomita sit planta, accessumque propter spinas, quibus valde pungit, non admittit. Εγνατα, inquit, βάτος διὰ τὸ ἀστροφέννυ. A contrario igitur nomen impositum, βάτος à βαντεῖν, vado, aditus, accessus, βάθη γὰρ terra facilis accessus: hujus fructus βάτον vocatur.

BATRACHIOIDES, est Geranii species Batracho similis: ex βάτραχῳ rana, & ἄλλῃ forma. Batrachion enī est *Ranunculus*.

BATRACHIUM Græcis, *Ranunculus* Latinis. Apulejus nominat *Sceleratam*. Vulgus Medicorum perperām, *Pedem Corvi* vocat. Sunt etiam qui *Flammulam*, ab utendi facultate appellant. Batrachion autem sive *Ranunculus* diēta est haud dubiè, quod limitibus humidis operisque marginibus ranarum more lætetur, aut quod aquis ubi ranæ degunt potissimum, gaudet; aut quod sub ejus umbra ranæ frequenter inveniantur. Agreste verò *Apium* seu *Apiastrum*, quod foliis Apium æmuletur. *Scelerata*; eo quod comesta noxia sit: Vel, quod magis arridet; quia validi sceleratique mendicantes sibi crura & lacertos hāc ipsā dilaniant, quo possint impudentius stipem extorque-re, atque hāc imposturā pecuniolam aucupari. *Batrachion* est Rana. Vide *Ranunculus*.

BATRACHUS, RANA & RANULA, seu HYPOGLOSSIS, est tumor sub lingua scirrhosus, suppuratorius, vel inflammatorius, continens nonnunquam in foliiculo materiam meliceridis similem, linguam summo-perè incrassans, loquela difficulter reddens, unde coa-xando vox producitur, a βάτραχῳ ranas coaxando imi-

tor, comp. ex *son* vox, *raschia* aspera, & *ixu* habeo. B. *Een hikvorsch geswel*. G. Eingeschwulst unter die zunge. Gall. *le Batracos, ou Ranuncule*. A. A disease under the tongue. BAUCIA, dicitur Pastinaca sylvestris. Forte à jucunditate; *euox* enim est jucundus. Alii *Brancam Leoninam* aut *Ursinam* vocant.

BELLUM, est gumma, aut lachryma resinosa, Myrrhae gustu & colore proxima, sed cuius arboris incertum est. Si bonum, gustu erit subamarum, translucidum cum frangitur, pingue cum fricatur, odorum, facilè mollecent & flammarum concipiens, eamque cum strepitu pertinaciter alens: Gummi quidam arboris esse spinosæ in Arabia, India, Media &c. esse putant; illud nomen denotat, quasi diceres foetens gummi: videtur olim fuisse ex iis, quæ propter ingratum & gravem odorem, ferè foetere videbantur, à *βθιλλω* foeteo, pedo.

BECA BUNGA, est Veronicae aquatica species, cuius est vox ficta. Ex B. *Beeke-boom* / Water-kers / Boelt-bunge / Waterbunga / Water-porcelyn. G. Bach-bungen, Wasser-bungen, Brunnen-kresz. Gall. *Cresson aquatique*, Berle. A. Brook lime, Becabung.

BEACION, est *Tussilago* seu *Farfara*. Sic dicitur quia pectoris morbis medela est, *βιζ* quippe tussis est, & *βιτσο* tussio.

BECHICA, sunt Medicamenta tussim inhibentia, ejusque causas corrigentia, Lat. *Pectoralia* à *βιτσο* tussio; Unde *βιτσ* tussis. B. *Boest-middelen*. G. Brust-artzney. Gall. *Remedes pour la poitrine*. A. Expectorating Medicines.

BEDEGARIM, seu BEDEGUAR, vide *Spina alba*.

BEHEN, officinæ nostrates monstrant radices nomine *Beben*: Unam *Beben Rubram* appellant, alteram *albam*. De utraque controvertitur cuius sint speciei. Arabibus (ut Serapioni) sunt *Beben*, pastinacæ radicibus similes. Hinc scribit Hali Abbas, *Beben & Pastinaca sylvestris radices* nullum inter se discrimen habere. E modernis *Beben albanæ* aliqui *Polemonii*, sive *Lychnidis sylvestris* speciem esse autumant, quam Tabernamontanus vocat *Herbam articularem*: *Beben rubrum*, alii *Limonii maritimii*, alii *Valeriana rubra*, alii *Bistortæ* speciem esse putant: aliqui verò, *Garziâ* & monente & reprehendente, *Zerumbeth* esse statuunt. Hinc est, quod aliqui in descriptionibus

bus Arabum substituunt *Eryngium*, alii *Tomentillam*, alii *Angelicam*, alii denique *Caryophyllatam*. Auctuarius & Myrepus *Beben Hermodactylos* esse volunt, forsan *avellanas purgatices*.

BELEMNITES, est lapis, ultra digitū longitudinem non assurgens, teres, in apicem obtusum definens, aliquando plenus, aliquando concavus, terram vel arenam recondens, coloris albi, cinerei, aurei, pellucidus interdum, juxta longitudinem habens rimam: nomen τοῦ βελήνης, id est sagittae effigiem repräsentat: dicitur & *Lyncurius*, quod ex urina *Lynxis* confitari falso putent: vel *Dactylus Idæus*, quod in monte *Ida* reperitur. Gall. *Belemnite ou Pierre de Lynx*.

BELENOIDES, est processus styloides, cranii basi infinitudinem quatuor pedum qui sunt crassi, rotundi, ramosi, villosi; coloris rubicundi, obscuri: folia solani, sed duplo vel triplo majora, & latiora, oblonga, mollia, non angulosa, aliquantum villosa aut lanuginosa: flores ex aliis foliorum erumpunt, monopetalii, campaniformes, ut plurimum in quinque partes laciniati; coloris albi & purpurei: florū succedit fructus ferè rotundus mollis, cerasam æmulans, niger, splendens, in duo loculamenta divisus, continens semina placentæ affixa, rotunda vel ovata: radix est longa, crassa, albescens, in multos ramos divisā; hæc planta crescit in sylvis, nomen est corruptum, ex *Bellonaria*, quo modo *Solanum somniferum* vocari scribit *Apulejus*. Significat etiam pulchram matronam, quia hæc olim utebantur mulieres ad decorandam cutim.

BELLIS, BELLUS FLOS, & HERBA MARGARITA, est planta parva, humilis, quæ habet folia parva, oblonga, levigata, in extremitate sua circularia, repentina, quædam parum crenata, alia integra; calicem monophylum, profundè divisum, & multifarium ad basin ferè usque: florem habet vel nudum, vel planipetalum; capitulum seminale per maturitatem, delapso flore, surgit; ubique in pratis nota, sic fortasse vocatur, quod

in pratis ubique bellum & lætum aspectum præbeat, hinc belus quasi pulcher dicitur; vocatur & consolidago; quia succo suo glutinoſo vulnera consolidat. B. *Madeleineven / Maagdelieven / Margriet en / Hertouwen*, G. Matz, lieben, Massufelen, Monatbluemlein. Gall. *Marguerites, Pasquettes*. A. Daisie.

BENEDICTA HERBA, vide *Caryophyllata*.

BENIGNUS MORBUS, est qui nulla vehementia & sævitia, supra ordinarium cursum habet symptomata. B. *Een goedeardige zielte*. G. Eine nicht allzu schwere Kranckheit. Gall. *Maladie Benigne*. A. A mild disease.

BENZOIN, Gummi resina est, ut dicunt arboris proceræ; Verùm *Bontius*, dicit repertiri in Java plantam ex pluribus farmentis coalitam, qualis est *Smilax aspera*; seu *Salsa parilla*, nisi quod farmenta ibi brachii crassitatem æquent, vel etiam superent, ita ut hæc in medio saepe truncus arboris continuus satis crassus appareat, ex hujus cortice inciso colligitur gummi benzoin. *Dodiff. H. N. Grimm*, notat esse arborem egregiæ formæ, recti caudicis, & mediocris magnitudinis, habens viri plerimque crassitatem; Crescit ad occidentem Sumatræ. Fruētus fert rotundos sed compressos, magnitudinis parvæ nucis avelanæ, & inclusus est tunicæ, instar nucum juglandium, quæ tamen aliquantulum, pilosa est. Folia profert tenua & mollia, inseriū pallido-viridia superiū verò saturata viridia. Nucleus hujus fructus saporem habet ingratum & amarum. Arbor quinquennis vel sexennis usque ad lignum secundum longitudinem vulneratur, unde liquor albus, tenuis, viscosus, glutinosus & pellucidus exstillat, qui solari calore induratur, unde duplex gumi, album & citrinum, vel crassius & obscuri coloris: Estque valde odoratum, & si bonum, pellucidum, globulis candidis refertum, thuris æmulum, citrinescens est, venit etiam ex Siamo, Samaria, & Sion. Vocabatur & *Aza dulcis*. B. *Benzoin*. G. Benzoin. Gall. *Benjoin*. A. Benjamin vel Benzoin.

BERBERIS, est magna arbuscula, ramosa, spinosa, corticem tenuem, & politum habens; folia oblonga parva, viridia, in margine incisa, aliquantulum aspera, saporis acidi; flores in parvos racemos congesti, & multis parvis foliis flavis instructi sunt; his succedit fructus te-

ner,

ner, parvus, ovalis, succo plenus, post maturitatem coloris rubri, saporis acidi, adstringentis, grati; semina oblonga, dura, coloris fuscui in se habens; radix non est compressa, lignosa, intus flava: haec arbuscula crescit in locis incultis: dicitur & *Oxyacantha*, idque à spinarura acuminatis cuspidibus. *Berberis* verò est vox origine Barbarica, & ab ea voce videtur descendere *Barbar*, *Barbaris*, & *Berberis*: nonnulli derivant ab *Amyrberis Avicennæ*, unde mutatis quibusdam literis *Berberis* devolvi putant: vocatur etiam *Spina acida* & *Crespinus* vel *Crispinus*, ab Italica voce, *Crepino*. B. *Zaunce-boom* / *Zuurboom* / *Berberisse-boom*. G. *Paisiel-beer*, *Saurick*, *Erbseil*, *Berberos-stand*. Gall. *Epine-vinette*, vel *Aigrette*. A. *Barberty-tree*, or *Pipperidge bush*.

BERIBERI, *Bontio* aliisque vox familiaris apud Indos: Vox est Barbarica significans paralyticus speciem, cum quis nictitando genubus & elevando, ovum instar incedat. B. *Schaaps-lammingheid*.

BERYLLUS, *βερυλλος*, quasi virillus à virore lapidis. **BES**, alias *Bessis*, *Biffa*, *Biffa*, vel *Bise*, quasi bis triens, quia $\frac{2}{3}$ sive due assis Trientes, seu quod dempto librae Triente superest, hoc est, Unciae viii. Priscian. p. 8. vulgo *Marca*, vox preterquam *Celso*, *Galen* usitata. Olim *Des*, velut dempto triente. Alias Libra numularia & octonaria.

BETA, est planta culinaria, quae habet folia ex radice erumpentia magna, polita, splendentia, satis carnosæ, tenera, viridia, vel albescens, aliquando viridia subsuffici, vel rubicunda, succo saporis nitri plena; flos est apetalus, stamineus, in globum collectus, calice quinquefido prehensus; cuiilibet flosculo subnascitur ovarium, quod est vaculosum, uno fecundum femine, fructus tres, quatuorve in unum colliguntur: radix annua, in nonnullis valde carnosâ, crassa: dicitur Cicla officinarum. Gr. *στεφλον*, vel *τειτλον*. Nomen accepit, quod figuram Literæ Græc. *βῆτα* dum femine turget, referat. Nam summitatem in acumine reflexam obtinet. B. *Beet*. G. *Mangolt*, *Runckel*, *Pieffen*. Gall. *Bette*, *Poirée blanche*. A. *Beet*.

BETONICA, est planta, quae habet folia ex radice erumpentia oblonga, satis ampla, viridia, in margine incisa,

cisa, parum aspera, saporis amari; caulem quadratum, parum rugosum, folia hinc inde bina opposita habentem; flores in verticillos, deinde ad superiora in spicas digeruntur, galea erecta, imbricata, bifida, barba trifida, segmento medio bifido, majore; semina oblonga, in capsula, quae flori tanquam calix interfervit, inclusa; radix crassa, fibrosa; dicitur & *Vetonica*, à varietate & copia remediorum; Κίσσης à Græcis dicta est, hanc siquidem voce opus interpunctum, acutæ pictum nominavere, nascitur in pratis, montosis, frigidis & opacis locis, ideoque Gr. Φριγόφορος, vocata est, quasi frigus alienus, ab inventoribus *Vetonibus Hispania* populis *Betonica* & *Vetonica* appellata est, quod in frigidis locis nascatur; dicitur etiam οὐρανίας ab αἰγιουσι meedor, quia haec planta summi usus est in medicina. Porro *Caryophylleus* flos etiam vocatur *Betonica*, vel *Tinica* detractis à *Betonica* duabus literis prioribus. B. *Betoni*. G. Betonien. Gall. *Betoine*. A. Betony.

BETULA & BETULLA, Gr. Σημύδη: arbor est, mediocris altitudinis, cuius rami sunt tenues, flexiles, incurvati, cortex exterior trunci est crassus, asper, albus, fissus; interior vero est tenuis, politus instar pergamenti, hunc etiam veteres papyri loco adhibebant; lignum est album; folia mediocriter lata, acuta, in margine dentata, populo nigrae satis similia, viridia, tenera, polita, saporis amari; flos mas amentaceus, foliosus axi affixus capillaceo longo; fructus loco à flore remoto squamulosus, cylindraceus, sub squammis suis recondens semina alata; haec arbor crescit in sylvis: quidam dici putant, quod bitumine scateat; apud Plinium enim legere est; *Batumen ex ea Galli excoquunt*: Malunt alii à batuendo nomen acceptissimum: batuere enim cedere est. Sic Batula, levi mutatione, fit Betula. B. *Berken-boom*. G. Birckenbaum, Gall. *Bouleau*. A. The Birch-Tree.

BEZOAR, est vel Chymicum, vel animale. *Chymicum* est compositio ex *Butyro Antimonii* & *Spiritu nitri*, ex qua pulvis albus componitur, adversus venena, qui & sudorem prolicit. *Animale* duplex est *Orientale* vel *Ocidentale*. Orientale reperitur in animali capri-cerva dicto. Estque animal Persiae ac Indiæ Orientalis, partim cervo simile, partim caprae: hinc fit ut aliis capra audiat, aliis hircus, aliis capri-cerva, Persis *Pajon*, iste lapis in præ-

prædicto reperitur animali, nempe in proventriculo, hinc & in ventriculo aliisque cavitatibus internis. Figuram habet ovalem, rotundam, sessilem & intus cavam, in meditullio paleam continet, pilos, vel similia, superficies est lœvis & glabra cum splendore, substantia est laminis caparum ad instar sibi incumbentibus compacta, variante colore, plerumque atro-virente, hinc dilutiùs virente, pallescente, cinerito, fulvescente melleo &c. odore nullo, nisi contrito, tum muscum aut griseam ambram redolent: variante magnitudine & pondere, plerumque sc. intra juglandis magnitudinem constitutis, vel paulò majoribus aut minoribus, dantur quoque artificialia, sed vi li pendenda. In primis reperitur hic lapis, notante Kœmpfero, in Persidis provincia *Laar*, aliisque: genitrix est fera quædam montana caprini generis, quam incolæ *Pasen*, nostrates capri-cervam nominant, destituti voce, quæ utrumque sexum exprimat. Animal pilis brevibus ex cinereo rufis vestitur, magnitudinem capræ domesti- ce, ejusdemque barbatum caput obtineat. Cornua fe- minæ nulla sunt, vel exigua; hircus longiora & libera- lius extensa gerit, annulisque distincta insignioribus, quo- rum numeri annos ætatis referunt; annum undecimum vel duodecimum raro exhibere dicuntur, adeoque illum ætatis annum haud excedere, reliquum corpus, à cervina forma, colore & agilitate nihil differt: timidissimum & maximè fugitivum est, inhospita asperrimorum mon- tium tescua incolens, & ex solitudine montana in campos rarissime descendens, & quamvis plures regni regiones inhabitat, lapides tamen Bezoardicos non omnes gignit. Omnes enim regiones quas incolunt capri-cervæ non ferunt herbas, ex quibus depastis lapides creduntur genera- ri, vel qui generantur non omnes æquè nobiles sunt, hinc in quibusdam locis nulla ex prædictis bestiis datur ætate provecta, quæ lapidem non contineat, cum in aliis extra Larensem Provinciam, ex centenis, vix una sit, quæ lapide dotetur, eoque ut plurimum exigui valoris: in hir- cis lapides majores & frequentius inveniuntur quam in foemini: lapidem ferre judicantur annosi, valde maci- lenti, colla habentes longiora, qui gregem præire ge- suunt, circumspictius incedunt, & infidias magis, atque fodales, metuunt, quod idem de foemini affirmabant

Autori ductores ibidem loci. Omnes Bezoardici non æque aestimantur boni ; notam legitimi lapidis profitentur, si volæ manus cinere asperfæ, vel cretæ oblitæ asperitus, lineam inducat luteam, vel ex luteo viridantem : Hæc illis Lydius est, quo veritatem simul ac bonitatem explorant; Acus candardis admissio, quæ Cl. Schrodoro placet, fallax bonitatis testis est : quia si adulterini ex resinoia construuntur massa, acum utique admittent; legitimi vero plerique ita indurati sunt, ut acum candardem respuant. Quos Cl. Kämpferus in natali monte comparavit, & genuinos esse novit, vix candardis acus vestigium recipiunt, sed attactu ignis dissipantur : Neque est nota, addit, factitii lapidis, si interiores laminæ deterioris subflantia & coloris fuerint : ea enim ex diversitate alimenti disparitas provenit, dum genitrix bestia locum pastus mutat. Pro genuino habet eos, qui inter resinæ & lapidis substantiam ita ambigunt, ut contusi in acido nitri, vel salis spiritu dissolvantur, ac menstruum colore satis rubente simulac virtute suâ imbuant : ex lapidis raritate & pretio facilè colligitur, bezoardicos quibus in pharmacopeis Europæi utuntur, non esse Persicos, vel ex eorum numero, qui à capris bezoardicis Pasen nomen fortuntur, sed vel ex aliis animalibus, vel sub alio cœlo degentibus depromptos & suppositos. Occidentale venit etiam ex capri-cerva, nulla tamen cornua gerente; nascitur in Peru, dicitur Vicuniras seu Taraguas, in iis locis animalis, ut de priori dictum, invenitur, circa rem heterogeneam in cavitate media contentam tunicatum concretus; Orientalibus ut plurimum major; superficie scabré, colore cincereo, albo, nigro, obscurè vidente, qui optimus. Gall. Bezoar.

BEZOAR ANIMALE, est hepar & cor viperarum siccatorum & pulverisatarum.

BEZOAR MINERALE, est præparatio antimonij sudoriferi, cui attribuitur virtus, quæ bezoar orientali adscribitur, unde nomen.

BEZOARDICUM, est Medicamentum alexipharmacum venena & malignitates expellens. Derivatur nomen à Lapide bezoar. B. Een tegengift. G. Wider-gift. Gall. Contre-poison. A. A Antidote.

BIBENELLA, & **BIPENULLA**, Idem quod **Pimpinella**. R.

BIBITORIUS MUSCULUS, sive rectus, *Oculum adducens*, positus in majori angulo oculi, ortus ex foramine orbitæ irregulari, anteriùs bulbo implantatur, sic dictus, quod introrsum nasum versùs oculum ducat, bibentesque cantharum inspicere cogat. B. *De drinckspier*. G. Der Sauffier Mausz. Gall. *Muscle Adducteur*. A. The drinking muscle.

BIBLIOTHECA, quasi *biblias* *thara*, librorum theca; *papyrus* autem significat plantam, quæ papyrus dicitur. quā olim chartæ conficiebantur.

BICEPS MUSCULUS, hoc nomine gaudent duo musculi, quorum unus est Tibiam, alter Cubitum movendo dicatus: qui Tibiam movet oritur uno capite in tuberositate ossis Ilchii, altero in inferiori & exteriore parte femoris, & inseritur in Epiphysi superiori Fibulae. Qui autem Cubitum movet, oritur uno capite à processu coracoideo, altero à cavitate clinoidea scapulae, inseritur Ulnæ parti anteriori. B. *De tweehoofdige spier*. G. Der zweykoepfige Maus. Gall. *Muscle biceps ; ou jumeaux ; celui du bras peut être appellé Coraco-Radial, par rapport à ses attaches*. A. The Muscle with two heads.

BICONGIUS, est mensura duodecim sextarios continens, dicitur continere viginti quatuor libras vini.

BILIS, est duplex, vel quæ in hepate mediantibus glandulis exiguis segregatur, vel in vesicula fellea: utramque per ductum Cholidochum in intestinum duodenum exantlatur, ut ibi ciborum ulteriori perfectioni inserviat, & feces à secretione chyli relictae foras convehat. *Bilis* chemice examinata constat ex sulphure, sale volatili & pauca aqua, Ordinario flava utraque est; tamen quæ in vesicula continetur est profundiùs flava, spissior, amarior, quam quæ ex Hepate continuo destillat: Et prior tantum copia, compressu externo, contractione fibrarum irritatarum in musculosa vesicæ tunica, excernitur; & contra verò hepatica dilutior, pellucidior, blandior, jugi fluore stillat, & solis actionibus circumductorum humorum, & respiratione expellitur; utraque hæc bilis humor est saponaceus, abstergens, olea aquæ miscibilia reddens, resinæ, gummi, tenacia quæque resolvens, attenuans, homogenea faciens, si cum his conteritur; nec alcalica est, nec acida, sed oleo, sale, spiritibus inprimis

mis concrevit aqua dilutis, non combustilis, nisi siccata prius, haec tamen bilis cystica plus, hepatica minus præstat; unde diversitas quædam videtur in his. *Præter* ordinem vero Vitellina, Porracea, Æruginosa, vel Glæsia est, quæ colorum diversitates solùmmodo ex spissitudine varia, & mora in cavo communi contracta expullunt. Bilis igitur est liquidum ex sanguine secretum, neque Bilis dicitur, nisi quando à sanguine segregata fuerit; ideoque Veterum sententia de humore bilioso, inventa circulatione sanguinis, prorsus corruit, vide *Humores sanguinei*, Celio Fel. ζελην ξαρθη, aut ηγονειδης, γλωκη, quam dulce à contrario sensu, cum sit amarissimum, testibus Plinio & Aureliano. B. *Gal.* G. *Die Gall.* *Gall.* *Fiel.* *Bile.* A. *The Gall or Bile.*

BILIOSUS, dicitur, præsertim Veteribus, qui multâ bile abundat, & hinc ob temperamentum illud in quosdam inclinat morbos; sed qui nostra inspiciat fundamenta, aliter videbit, bilem quidem desicere, sed bonam nunquam abundare. B. *Gal-agtig.* G. *Gifftgallig*, der viel Cholerische Feuchtigkeit hat. Gall. *Bilieux*, *cholere*. A. *Bilious* or *Choleric*.

BILIS ATRA, Idem quod *Melancholia*.

BIOLYCHNION, est calor nativus qui à parentibus fecuti communicatur, ipsumque deinceps comitatur; verum postea cum in lucem editus est, hic calor sensim perit, postquam pueri spiritus & sanguis ab alimentis & aere nitroso, alterantur, reficiuntur, mutantur. Nugæ sunt eorum, qui affirmant calidum hoc perennare; Nam si calidum sit, in continuo partium attritu & motu erit, ergo ut cæteri ignes & calores, disspellitur, ex *πιστη* vita, & *λύσις* lumen. B. *We ingeboren Warmte*. G. *Eingebohrten Warmte*. Gall. *la chaleur naturelle*. A. *Nativa heat*.

BIPINELLA, sive *PIMPINELLA*, est herba, cujus folia binis ordinibus plumatum sive pennatum digesta sunt, unde nomen. Vide *Pimpinella*.

BISLINGUA est *Hypoglossum*, seu *Laurus Alexandrina*, sic dicitur, quia supra ejus folium insuper foliolum habet linguae instar.

BISMALVA, sive **ALTHÆA**: est officinarum vox barbarica. Vult dici, quasi duplex malva, vel quæ alterum tantum viribus poller. Vel dicitur quasi malva ibiscum, vel malva viscum. Vide *Althæa*. BIS-

BISMUTHUM, idem quod *Marcasita*.

BISTACIUM, mutato B in P. fit *Pistacium*.

BISTORTA, Est planta, quæ habet folia ex radice erumpentia, longa, satis ampla, & acuta, Patientiam referentia, magis viridia in superiori, quam in inferiori parte, ex his erumpunt caules rotundi, parva quædam folia habentes; calix monophyllus, membranaceus, geminus, unus alteri suppolitus, intar vaginae; ex fundo hujus pedunculus oritur, cuius deinde fini adnascitur flos monopetalus, in segmenta profundissimè sectus, & staminibus octo praeditus, in densas & longas spicas congestus; in fundo hujus floris invenitur ovarium triquetrum, instratum tubâ longâ, continens post maturitatem femina triangularia, & splendentia; radix est carnosâ quasi tuberosâ & geniculata seu nodosa, oblonga, pollicem crassâ, in se contorta, capillitio donata, foris ex fusco nigricans, intus ex flavo rubescens, saporis austriuscui, adstringentis, odoris nullius; crescit in locis humidis; voluerunt quidam illam esse Britannicam veterum, sed hujus radix est tenuis, cum illa Bistortæ sit satis crassa, folia tamen utriusque satis benè inter se convenient: dicitur *Bistorta*, ob radicem semel aut bis contortam: dicitur etiam *Serpentaria*, *Colubrina* & interdum *Draunculus*, vel *Draconium*. B. *Herts-tonge*. G. *Nater-wurtz*. Gall. *Bistorte*. A. *Bistort*, *Snake-weed*.

BITUMEN, dicitur omne corpus, quod igni admotum facileflammam concipit, naphtha atque Petroleo spissius, lentum valde, tenacitate tamen primò adhuc disfluente; ab ignis calore liquefit, in aqua non subsidet nec miscentur; sive tum minerale, vegetabile, vel factitium fuerit, unde nomen generale est.

BITUMEN JUDAICUM, vide *Asphallos*.

BLÆSITAS, est depravata locutio, à vitio linguæ, in conformatione aut obstructione peccantis. B. *Lispem*. G. *Lispeln*. Gall. *Begayement*. A. *Lispe*. Vide *Balbuties*.

BLÆSUS, est vitium in verborum prolatione. Item is cui pedes sive crura extorsum vertuntur: vel cui dorsi spina anteriùs vel posteriùs incurvata est. Paralyticum quoque significat, à βλαστω disterqueo. B. *Lisper*. G. *Der dauluvelt*. Gall. *Begue*. A. That itammreth in speaking, or *Lispeth*.

BLAPTISECULA, vide *Cyanus*.

BLAS, est nomen ab *Helmontio* confictum, significans generaliter altrorum motum localem & alternativum; sed quid ipse per illud vocabulum significat forte nescivit, faltem nos nescimus.

BLATERONES, ex βλαζ̄ derivatur. Est autem nomen piscis inutilis, ut sunt blaterones homines, multa, sed inutilia dicentes.

BLATTA, Vermiculus est, quasi blapta, ἀπὸ τοῦ βλάττερος, id est nocendo, quia libros, ac vestes erodit. Hinc blattaria herba, quæ blattæ scatet.

BLATTA BIZANTIA, sive *UNGUIS ODORATUS*, est alicuius conchilii integumentum: Odore suavi, colore fusco, figurâ oblongâ infar unguis.

BLATTARIA, planta est verbascum reserens, differt tantum ab eo, quod ejus fructus sit magis rotundus, caules habet rectos, fortes, in ramos divisos; folia ejus sunt longa, verbasco angustiora, acuta, in margine incisa, non lanuginosa, coloris viridis nigricantis, in parte superiori splendentia, odoris ingratia, saporis amari; floris in quinque partes divisi, odori parum, pedunculis villosis adhaerentes; his floribus succedit divisis in eorum locum fructus, qui includit semina minima, nigricantia; radix rapum refert, est alba, dura, aliquantulum fibrosa: haec invenit nomen hoc Latinum, à colligendis in se blattis: nam si alibi reponitur, vel projectatur, dicunt plurimas blattas super ea colligi. Alii a βλάττῃ noceo, quia blattæ vestimenta rodunt, & perforant. B. *Motten-kraut*. G. Schaben-kraut, Motten kraut. Gall. *herbe aux mites Blattaire*. A. Mothmullein.

BLENNIA, est mucus crassus per palati foramina & narres destillans, qui provenit ex glandulis membranae Schneiderianæ, investientis internas nares, cavitates ossis maxillæ superioris, sinus frontales, ossisque cuneiformis. B. *Snot*. G. Putzen, Notz, der unflat durch die Nesen. Gall. *Morve*, *Morveu*. A. Snot.

BLEPHARIDES, idem quod *Cilia*.

BLEPHARON, vide *Palpebra*.

BLEPHAROXYSTUM, instrumentum est, quo palpebrae raduntur & concinnantur, in Trachomate, sive aperitudine callosa palpebrarum interiorum, ex βλαφεζον & ξυγαν tondeo.

Bλαφεζον

Βλαττοσιμός, incontinens est corporis jactatio, ex βάλλω,
jacio.

BLITUM, est planta, cuius duas species dantur gene-
rales, una alba, altera rubra, harum singula adhuc di-
viduntur in duas alias, blitum album majus habet caulem
album, ramosum, quatuor circiter pedes altum; folia Be-
te instar sed minora; flores sunt parvi, tribus staminibus
constantes; ex calice tripartito surgentibus; pistillum au-
tem abit deinde in semen plerūque oblongum, in capsu-
la vesicæ æmula, quæ calix floris fuit, reconditum: ra-
dix est longa, pollicem crassæ, saporis insulsi, ut tota plan-
ta: blitum rubrum majus, sive blitum nigrum, cum præ-
cedente omnino convenit, differt tantum à colore; &
quod ejus folia plerūque sunt minora; datur & blitum
album minus, & blitum rubrum minus, refrigerantis &
humectantis virtutis, quæ ab insulso fatuoque sapore no-
men habet: à Gr. βλάτη, quod bardum aut stupidum de-
notat. Gr. βλάτον stolidus, ignavus. B. Majer. G. Majer,
Meyer. Gall. Blette. A. Blite.

BOA, papularum morbus est, cum maculis rubentibus
corpus rubet. Idem quod Papula. B. Roodhont / rood-
jong / roodvank. G. Hitz-blatterlein. A. Pimples.

BOCHETUM, sive DECOCTUM SECUNDARIUM,
est alicujus decocti secunda decoctio. B. Minder-
drank.

BOCIA, est vas vitreum ventricosum cucurbitæ instar.
B. En buik-glas. G. Bauch-glasz. Gall. Verre ventru;
A. Bellied glasse.

BOCIUM, idem quod Bronchocele.

BOLBOCASTANUM, vide Bulbocastanum.

BOLBONAC, vide Bulbonac.

BOLBOS, vide Bulbus.

BOLETUS CERVI, *Fungus cervinus*, *Tuber cervi-*
num. Crescit in sylvis ubi cérvorum copia est. Sunt
rotundi, magnitudine serè pilæ palmariae, & aliquando
minores, cortice obducuntur subnigro, intus continent
materiam pulvulentam nigerrimam. Βολται nomen ha-
bent teste Marcello, ἀπὸ τοῦ Βολταί, gleba & siccus valde.
B. Herts-wannen / Herts-spongie. G. Hirsch-brunst,
Hirsch-schwamm. A. A. Mushroom spawn, slime of the
Hart.

BOLUS, est Medicamentum internum, habens consistentiam, melle paulo crassiorem; & quantitas quaे unicā dosi præscripta buccā commode excipi potest. B. **Ein brok.** G. Ein bissē, mundvoll, brocken. Gall. **Bolus, Morceau, une bouchée.** A. A Bolus.

BOLUS, Terræ genus est, ex pallido rubrum, vaporibus Martialis imprimis imprægnatum. Et que Armenia, Orientalis, Germanica, Bohemica, alba &c. in omnibus linguis *Bolus* appellatur. Gr. βωλός gleba, ager, à σίτῳ palco & οἶνος valde, quod ē glebis pabulum animantibus uberrimè efflorescat.

BOMBAX, BAMBAX & PAMBAX, synonyma sunt, hinc nobis (sed male) **Boom-wol** / nam arboreus tantum frutex est. Hinc porrò **Bombazijne Wambais** / &c. sic fortè appellatur, quia more vermis bombycis, fructus ejus intus cote, in modum serici, est quasi nendo obductus. Vide *Xylon*. B. **Hattoen** / **Boom-wol**. G. Baum-wol. Gall. *Cotton* A. Cotton.

BOMBUS, idem quod *Borborogmus*.

BONA, vel **Boona**, est *Faba*, seu *Phaseolus*. Fortè nomen fortitur à Belgio idiomate *Boone* : vel à Latino Bonum, quod legumen illud benè nutriat, hominique brutoque salutare & bohum.

BONIFACIA, idem quod *Lauris Alexandrina*.

BONUS GENIUS, est *Peucedanum* : à Græcis Prophetis ἀγαθὸς δαιμὼν, fortassis ob eximiā vires, vel ob prognostica boni ominis, quæ ex illo divinare putabant.

BONUS HENRICUS, est lapathi vel *Chenopodii* species : planta scilicet, quæ plures caules habet pedem circiter altos, crassos, multis foliis triangularibus cinctos, quorum quædam atriplici, alia aro similia sunt, sed alba & farinosa, longis pedunculis adhaerentia ; flos est apetalus, constans plurimis flaminibus ex calice multifido surgentibus : pistillum autem abit in semen orbiculatum, planum in capsula veluti stelliformi, quæ floris calix fuit, reconditum : radix est longa, crassa, in plures ramos divisa, coloris flavi instar patientiæ : sic ob vires laudabiles appellatur : fortè ejus vires primū à quoipiam Henrico detectae fuerunt : ideoque *Tota bona & Aureum Olus*. Gr. γερολάχαρον. B. **Algoede** / **Gordien Hendzift** / **Lammekens oir**. G. Guter Heinrich, Schmerbel. Gall. *Toute bonne, Bon-Henri*. A. English Mercury. B.

BORAGO est herba, quæ habet caulem rotundum, debilem, excavatum, tenerum, ramosum, fetis quasi obductum, terram versus inclinatis: folia ex radice erumpentia, ampla, oblonga, aut ferè rotunda, villosa, parum acuta, tactui aspera, plerūque repentina: flores in summitate caulis nascuntur, cœrulei, vel albi, pulchri, visu grati, monopetalii, rotati, ex cuius calice multitudine oritur pistillum, media floris parti ad instar clavi infixum, & quatuor veluti embryonibus stipatum, qui abeunt in totidem semina veluti viperini capituli æmula, nigra, quæ in calice ipso longè ampliato maturent: radix est crassa, digitum longa, succum viscosum & crassum continens, insipidum: *Borago* mutato B. in C. est *Corrago*, quia putatur cor ejus plantas usu roborari, & laetificari. B. *Bernagie*. G. *Boretsch*, *burretsch*. Gall. *Beurrache*. A. *Borage*.

BORAX, est sal factitium ex sale Armoniaco, Nitro, Tartaro calcinato, Sale communio, Alumine, quæ cum urina liquantur, filtrantur, & tandem evaporantur. Sunt qui putant originem habere ex stabulis in quibus Elephantes aluntur, quæ urina eorum & stercoribus imprægnata sunt. *Dioscorides* dicit habere porri colorem, sed nostrum album est, instar nitri: forte à Porro nomen mutuatum, mutato P. in C. Gr. κεροκλάσιον five auri gluten. B. *Boras*/ *Goud-soudeerset*. G. *Boras*, *burretsz*. Gall. & A. *Borax*, *Boras*.

BORBORYGMUS, est murmur in intestinis amplis cum sonitu, ortum à flatu inclusu, à βορβόρῳ strepitum edo. B. *Beste winden*. G. Ein Gemummel, Getreß im Leibe. Gall. *Bruit*. A. Murmuring of the guts.

BOROZAIL, aut *Zail* Æthiopicum; in viris *Asab*, in feminis verò *Aſſabatus* dicitur. In utraque ora fluvij *Senega* multa sunt regna, præsertim in ea quæ meridiem spectat, Regnum *Mely*, in ea quæ septentrionem regnum *Tombotu*. Ibi grassatur morbus, partes genitales potissimum infestans, diversus ab eo quæ vulgo *Gallicus* dicitur, qui ex immodica venere, cui multum obnoxii sunt, ortum habet.

BOSCI SALVIA, herba est à Boscum, vel *Boscus*, *bois*, in quibus locis crescit.

BOSMOROS, seu *BOSPOROS*, est frumenti species,

forte, à *σόρεω* pasco, & μέρος portio: quia frumentum dentibus vel molâ dividitur: vel quia à bobus calcando à paleis separatur, οὖς, & ξαῖς dorice est bos, vel etiam ex οὖς & πυρεων transadigo, transeo.

BOTANICA, est ea scientiae naturalis pars, quæ docet structuram, vires, & usum plantarum, easque certâ methodo in suas classes & genera distribuit; hinc *Botanicus*, dicitur, qui hanc scientiam tractat. Gr. à *σταύρῳ* herba, gramen. B. **Kruid-kennung.** G. Kraut-kennung. Gall. *la Botanique.* A. Botany or simpling.

BOTHR, sunt pustulae oris non serpentes, sed tales quæ facilè suppurantur & delentur, etiâ nonnunquam leviter eas suppurare contingat. Estque *Bothor* generalis appellatio etiam pustularum faciei, pulmonis & aliarum partium. Variolæ ac morbilli etiam *Bothor* ab Arabibus nominantur & pro vesiculis pustulisque oculis aduentibus sumuntur.

BOTRYS, est racemus uavarum vitis; ut & *Herbae* nomen, quæ sic à semine vocatur, quod racegmatim ramulis adnascitur; sive quod plura ejus femina caulis sic conferta pendeant, ut racemi in uva referant imaginem, à Cappadocibus, ἀμπελια vocari author est *Dioscorides*. B. **Druien-kruid / Piment.** G. Trauben-kraut, Krottenkraut. Gall. *Pimen.* A. Oake of Jerusalem.

BOUNIAS Gr. *Βουνίας*, species *Napi*, cuius radix in rotundum crescit, ac λειψεις, seu verrucosa loca amat.

BOVINA FAMES, idem quod *Bulimia*.

BRABYLA, prunorum species est; sic dicuntur quia alvum ducunt, quasi *σόγαρας* *βάλλοντα*, id est, cibos depellantia, & ἡλα quasi *μῆλα*, id est mala.

BRACHERIUM, idem quod *Anma*.

BRACHIA, Gr. *Βραχίωνες*, sunt plantarum, præcipue autem arborum rami, quod instar brachiorum hominis extendantur. B. **Boom-armien.** G. Der Ast. Gall. *Branches des Arbres.* A. Branches of trees.

BRACHIALE, idem quod *Carpus*.

BRACHIÆUS, vide *Brachium*.

BRACHIUM, sive *LACERTUS*, est membrum constans brachio propriè dicto, cubito & manu. Forte à *βραχίονι* sive *βραχύτερῳ τοῦ λοιπῷ τοῦ χειρὸν*, brevissimus reliqua partis manuum. Unde *Brachiœus Musculus*. B. **Arme,**

Arni. G. Der Arm. Gall. *Le bras.* A. The arm.

BRACHYLOGIA, vide *Brachylogus*.

BRACHYLOGUS, est qui suas tentias breviter determinat. *Brachylogia* est brevis locutio. Ut sunt *Aphorismi Hippocratis*, οὐαὶ breve, & λίγη dico. Vide *Aphorismus*.

BRACHYPNOEA significat frequentius brevem, & simul ex longis intervallis factam spirationem.

BRADYPEPSIA, est tarda in ventriculo Ciborum concoctio, orta ex defectu salivæ, liquoris gastrici, fibrarum ventriculi laxitate, pituitâ viscidâ abundante, motu corporis & respiratione imminutis : ex οὐαὶ tardum, & πιντερῷ coqu. B. *Een langsame koking der mage.* G. Langsame kochung des Magens. A. Slow digestion.

BRECHYPTERUS, ex οὐαὶ, brevis, & πιντερῷ, bibo, qui parum, & raro bibunt. Plerumque sunt phrenitici, qui ad potū necessitatem non attendunt.

BRECHYPTERUS, ex οὐαὶ, & πιντερῷ, spiro, brevis spiritus, qui parum, & raro spiritum ducit.

BRANCA, est vox Italica, & significat pedem : sic vocatur Acanthus, *Branca ursina* : ideoque à similitudine quam ejus folia cum anterioribus ursorum pedibus habent.

BRANCHUS, est raucedo faucium, & asperæ artix. Raucitas Plin. Ravis Plauto. à οὐαὶ forbeo. Vide *Raucedo*.

BRASSICA, est planta, quæ habet caulem humilem, crassum, cortice duro obductum, subitania medulloso repleto, saporis acris subdulcis : folia in initio erumpentia sunt ampla, obrotunda, fragilia, rubicunda, tucculenta, rugosa, incisa, sinuosa, caulibus longis & crassis adhaerentia, plerumque convoluta, nervosa, foliis in parte inferiori decisis, altera superioris partis sibi invicem accumbentia & comprimentia, formant magnum caput obrotundum : flores quadrifidi & cruciformes, tetrapetalii, ex quorum calice surgit pistillum, quod deinde abit in fructum, seu filiquam teretem, longam, cylindraceam, septo intermedio, cui valvae imbricatae utrimque adhaerescunt, in duo loculamenta divisam, seminibusque fetam subrotundis ; radix est crassa, multas habens fibras. Gr. Κρέμην ; nomen accepit à præseca, quod ex hujus scapo

minutim praefecatur, siquidem nunc tonsili, nunc cymo-
so caule spectatur: Non defunt, qui brassicam contem-
dant *àz̄ rō̄ b̄z̄z̄r̄*, à vorando nomen accepisse. Estur
enim à tota Plebecula tum cocta, tum cruda, vel muria
condita. Non defunt qui Brassicam, quasi *Pafficam* nomi-
natam referunt, quod ex caule minutatim praefecatur, ut
passa fiat. Vide *Crambe*. Hæc planta dividitur in tres spe-
cies, 1°. Est quæ folia clausa, & dicitur capitata, 2°. Quæ
folia explicata habet, 3°. Brassica cauliflora dicitur. B.
Hool. G. Kohl. Gall. *Choux*. A. Colewort.

BRASSICA MARINA, vide *Soldarella*.

BREGMA, est os sincipitis, figurâ quadrangularis an-
terius interventu futuræ coronalis conjunctum ossi frontali,
posteriorus interventu futuræ lambdoideæ connexum os-
si occipitali, laterali unâ parte intercurrente futurâ sagit-
tali connectitur cum suo pari cognomine, altero latere
cum osse temporum, à *ε̄z̄z̄* madefacio, quia illa ossa in-
fantibus, & saepè adultis humida & tenera sunt. B. *Het*
upper hoofdg. been. Gall. *Pos Parietal*.

BREVE VAS, dicitur vas à ventriculo venosum in ra-
num venosum lienarem transiens. B. *Het hozte vat*. G.
Das kurtze gefæsz. Gall. *Vaisseau bref ou court*. A. The
Short vessel.

BREVIS CUBITI MUSCULUS, est musculorum cu-
biti extensor secundus dictus & brevis. Oritur ab humeri
cervice, posteriorius miscetur cum Longo & humeri os oc-
cupat, definit verò in illam Olecrani partem, cui inniti-
mir. B. *De hozte elleboogs spier*. G. Den kurtze El-
lenbogen Maufz. Gall. *Le muscle court extenseur de l'a-
vant bras*. A. The Short muscle of the Elbow.

BRITANNICA, est Herba, quam dicunt in convallibus
locis própè Arcem Bretten reperiri, unde nomen deducunt.
Sed malè: neque, à britannica insula deduci debet ut nonnulli statuunt. Sed est vox origine Frisicâ: Me-
detur quippe gingivis fanguinolentis in ſcorbutico malo,
quando dentes vacillant, consumuntur, atque decidunt.
Venit itaque à vocibus Britten en Brit, quod sonat *firmi-
ter claudere vel inhærere*, ut dentes santis in alveolis ſolent,
deinde additur *Tan*, & unius litteræ adjectione *D* fit
tand: & *Hica* significat dentium expulsionem: hinc no-
stris *Hik* sive *singultus*, quia illa convulsionis species cum
flatu expellitur.

BRA

BRIZA, est frumenti species, ex quo panes conficiuntur: dicta haec planta ἀπὸ τοῦ βεζέρ, quod est onerare, aggravare, & quasi Veterno sopire; quod hujus panis cū evenire, scriptum reliquit Galenus.

BROCHI, sunt labiones, sive qui magna & inordinata labia habent: Item laquei Chirurgici genus.

BRODUM, est liquor in quo Medicamenta vel assertantur vel diluuntur. Item expressus succus ex materia cocta. v.g. ex Capone.

BROMOS, est frumenti species: dicitur βρῶμος & βρόμος non à sapore, sed potius quia veterina eā multūm vescantur, vel à fragore, sonituque, quem seges matura, minimo tactu flatu, edit. Alii βρῶμα legunt à βρῶμα, quod cibum significat. Vocatur aliquando Avena.

BRONCHIA, sunt alperæ arteriæ, seu fistulæ respiratoriæ ramifications; quæ ex annulis cartilagineis & membranis contractilibus componuntur: quæque primò in ramos, dein in ramulos innumeros divisiæ, definunt in minimas illas vesiculas, præcipuum pulmonum substantiam confidentes, quæ ramulis racemorum instar adhærent. à βρόνχῳ, guttur. B. De longe pypje. Gall. les Bronches.

BRONCHOCELE, est tumor in larynge aut Broncho vel glandula Thyoidea, apparet, ortus ab humoribus in folliculis adiposis stagnantibus, vel ab aere emphysematis speciem referente, à βρόνχῳ media pars asperæ arteriæ, aut nigrum tumor. B. Gorgel gezwel. Heel-scheur. G. Gurgel Geschwulst. Gall. Broncocele, ou Goëtre. A. A tumor in the throat.

BRONCHOTOMIA, est asperæ arteriæ, in membranosa ejus parte, quæ est intra duos annulos, sectio; usus est in angina caput laryngis occupante, ad suffocationem inhibendam, ex βρόνχῳ media pars asperæ arteriæ, τιμω seco. B. Een openinge in de lange-pijp / stroot-snuc. G. Eröffnung der Gurgel. Gall. Broncotomie; Section du gosier. A. A cutting of the wind pipe.

BRONCHUS, est asperæ arteriæ portio media, fistulosa, ex annulis incompletis, sive non perfectè rotundis anteriùs constructa; posteriùs per membranam musculosam connexis, ubi in rotunditate deficiunt; superior pars Larynx; inferior Vesicularis dicitur: inservit voci & respirationi, à βρόνχῳ vel βρόνχῳ forbeo, jugiter enim ad sanguinis

nis accensionem aér absorbetur. B. *Het middelste dcle der lucht-adre / longe-pyp.* G. Die Gurgel. Gall. *Gesier.* A. The wind-pipe.

BRUCHUS, à *ερύχω*, comedo, vermis est herbas, & arborum frondes rodens. Dicitur aliis *ερύχος*, à *ερύχω*, freno, strideo.

BRUNELLA, est planta, quae haber caulem minimum, repente, lanuginosum parum, angulosum, coloris purpurei : folia oblonga, villosa, rubicunda, saporis viscosi aliquantulum amari : flores in spicam squarriamatam, densam, brevem congeruntur, habentque galeam erectam, integrum, cavam, longam, in superiori parte in decem labiis disiectam : semina obrotunda in capsula, quae flori tanquam calix infervit, inclusa : radix est parva, fibrosa; crevit hæc planta in sylvis & montibus. vid. Etymon in *Prunella*.

BRUSCANDULA, vide *Lupinus*.

BRUSCUS, vide *Ruscus*.

BRYGMUS, est dentium inter se colliforum stridor & strepitus ortus à motu convulsivo musculos maxillæ inferioris occupante, observandus in Epilepsia, similibus que morbis convulsivis. *Βρυγμός*. B. *Het knersen der tanden*.

BRYON, est muscus, à *ερύτην* pullulare, quia muscus ex arborum corticibus expullulat. Vide *Muscus*.

BRYONIA, dicitur à *ερύτην* pullulare, quod in adjacentes scandens late pullule: viderur derivari à *ερύτην* uva: vel à *ερύτην* germinare: uvas enim profert, & plura & longa germina. Gr. *Αμπελός λευκή, ψιλαθρών*. *Vitis alba* dicitur, non quod vitis sit, sed quod in vitis similitudinem, juxta parietes proserpat, claviculisque ubique adhaereat: *Viticella* idcirco quoque nomen est: ut & *Pistothrum*, quod ejus acinis coria depilari possint; planta est quæ habet caules exigui, ramulos, teneros, villulos, intra parvum tempus in magnam altitudinem crescentes, scandentes, plantas vicinas amplectentes: folia vitim referunt, sed minoria, aspera, albescientia: flores sunt monopetalii, campaniformes, albi, exigui, patentes, quinquefidi, ora radiarim expansa, calice tenacissime comprehensi, proprio calici adnati ita, ut unum corpus esse videantur, quinque staminibus praediti; alii flores similes innascuntur.

cuntur ovario supra apicem ejus calice instructum. Ovarium innatum fini pedunculi, est bacca rotunda, vel ovata in initio viridis, sed post maturitatem rubicunda, siccum flavescentem saporis ingrati habens, in qua hærent semina plura ovata & acuta; hujus ovarii apex coronatur calice & flore hermaphrodito simili flori masculino, sed minore: radix longa, crassæ, tuberosa, carnosæ, albida, flavescentia, quasi fungosa, intus circulis donata, saporis acris mordacis, amaricantis; nauseabundi, odoris virofi, dum recens est, mitior sit, dum senescit: observatum est ad triginta annos vivere, & radicem ad hominis crastitie excrevissè; crescit in aqua, & locis uliginosis, si radix est bifurcata, tunc illam sæpe pro Mandragora vendunt, cultro faciem fingunt, & in superna parte insigunt granum hordei, quod deinde crescens, emitit radices tenues que pilos capitis referunt. B. Quartet-besien / Wilde Wyna-gaart. G. Stick-wurtz, Schisz-wurtz, Rasz wurtzel, Hunds-Kuerbs, Rœmische Ruebe, wilder Zitwan, Teufelskirfz. Gall. Bryone, seu ardent, Colubrine, Couleuvrée, vigne blanche. A. Bryony.

BRYOPTERIS, seu DRYOPTERIS, est filix querna alba, musco quercino innascens, à έγειραι muscus quercinus, & ῥτίζει filix, folia enim alarum in modum habet explicata, à ῥτίζει ala.

BRYTON, est cerevisia; à έγειραι germino, pullulo, quia hordeum, ex quo cerevisia coquitur, prius pullulare, & germenem emittere debet.

BUBONIUM, seu INGUINALIS; sic dicitur quia bubes, seu tumores inguinales sanare dicitur, έγειραι enim est inguen, & tumor in inguinum glandulis.

BUBO, est inguen, sive locus a flexu femoris ad pubem. Item tumor p.n. in inguinibus, à lue venerea, vel peste excitatus, hærens in glandulis inguinalibus vel inflammatis, vel suppuratis, vel scirrhosis à βελανδω bubo, ne labore. B. Lasbuil / las-klier / pest-buil / Venug-buil / Klap-booz. G. Drusen, Schlier, Wachs-drusen, Knuttel in collo si fuerit. Ein Schlier. Gall. Un bubon, Poulain. A. Boile.

BUBONOCELE, est Hernia sive *Ramex inguinalis*, hoc est quando intestina per processum peritonai dilatatum, juxta decursum vasorum spermaticorum, in inguina de-

labuntur & tumorem p. n. constituant: Nonnunquam probubone sive tumore in inguine sumitur, ex *εσθίᾳ* inguen, & *κάλα* tumor. B. *Een zwelling in de lieg/ bizeuli/ darm-scheursel/ lieg-brank.* G. Ein Bruch in den Gemächen, vel untertheil des Leibes. Gall. *Hernie inguinalis, ou descente dans l'Aine.* A. A rupture.

BUCCA, Gr. *Στόμα, Γνάθος, Κόπη*. Dicitur oris pars laxior, quæ in flando tumet, uti apparet in Tubicinibus. B. *De mond/ het hol der kaken.* G. Die backen, Gall. *Bouche.* A. The cheeke.

BUCCINATOR, est musculus buccarum rotundus, circuli instar, tenuis & membranosus, variis fibris intertextis ori tunica inseparabiliter succinctus. In hujus centro observavit *Casserius* robustum quoddam vinculum exterius enatum, & os genarum perreptans, ubi in musculo quendam parvum & gracilem buccæ directè oppositum terminetur. *Oritur* à superiori maxilla, inseritur in inferiorem ad gingivarum radices. *Ufus* est buccas cum labiis movere: Estque dentibus instar manus, dum huc illuc ad dentes cibos propellit, quo exactius communiantur. B. *De Staak-spier.* G. Der Backen-mauz. Gall. *Muscle Buccinateur.* A. The Muscle of the cheek.

BUCCINUM, **BUGINUS**, & **BUCINUM**, est flos regius, sic dicitur à similitudine tubarum, quæ buccinæ dicuntur.

BUCCULA, est carnosa sub mento pars. B. *De onder-kinn.* G. Unter-backe. Gall. *Petite bouche.* A. The under-chin.

BUCEROS, est foenum Græcum: sic dicitur quia ejus siliquæ Bovis cornu referant, ex *βοῦς* bos, vacca, & *κέρως* cornu.

BUCRANION, est *Antirrhinon*, sic dictum, quod ejus florum anterior facies, bovis capiti similis sit. Ex *βοῦς* bos, & *κέρων*, caput, cranium.

BUGLOSSUM, Est planta quæ habet folia longa, & mediocriter ampla, villofa, aspera, coloris viridis fusci, splendentis: caulis ad altitudinem unius vel duorum pedum aſſurgit, fetis quasi cinctus, in parte superiori dividitur in plures ramulos, ex quibus nascuntur flosculi rubri, cærulei, vel albi, qui sunt monopetalii, infundibuliformes, & multifidii, ex quorum calice ad basin usque

que sexto , surgit pistillum , infimæ floris parti ad instar clavi affixum , & quatuor veluti stupatum embryonibus , qui deinde abeunt in totidem semina viperini capitis æmula , quæ in calice ipso longè ampliato maturescunt ; & saporis sunt amygdalarum : radix est longa , obrotunda , dorsi crassitie , intus alba , extus nigra ; tota planta habet succum viscosum : dicitur & lingua bovina : est species Boraginis : ex eis bos , & γλῶνα lingua , quia folia hujus plantæ figurâ & asperitate suâ linguam bovinam imitantur . B.

Oſſe-tong. G. Ochsen-zunge. Gall. Bugloſſe. A. Bugloſſe.

BUGULA, **BUGLUM**, **BUGLA**. Est planta , quæ habet duos caules , unus flores habet & est quadratus , alter tenuis & repens est ; bini aliquantulum lanuginosi : folia habet oblonga , satis ampla , majora origano , mollia , aliquantulum in margine incisa , saporis subdulcis , postea amari & adstringentis : flores in spica verticillatim oriuntur , labio brevi staminibus ornato , inferiori trifido , media parte procumbente bifida & majore : semina obrotunda , in capsula , quæ flori tanquam calix interfervit , inclusa : radix fibrosa , saporis adstringentis : datur & altera species Bugulæ , quæ dicitur consolida media Genevensis : est herba vulneraria , ideoque consolida media dicta . Nonnulli vocem derivant à Buglossa . B. **Egregroen / ingroen.**

G. Guntzel. Gall. **Bugle ou consoude moyenne.** A. Bugule.

BULAPATHUM, est *Lapathum bovinum* , sed potius *magnum* , quia particula eo est intensiva . Vide *Lapathum*.

BULBI, Gr. βαρύον . Fortè à βε & λεῖη , quod ob craf-
fitionem facile , prehenduntur : vel à βάλλειν , quia facile ,
globuli in modum projiciuntur . Suntque radices rotun-
dæ , tunicatæ , quales sunt cæparum , tuliparum , hya-
cinthorum &c. Etiam ad alias radices vox illa transfertur ,
nempè ad radices tuberosas , ut glandes terrestres , bulbo-
castana , solani tuberosi & Chrysanthemi tuberosi &c. ra-
dices : radix bulbosa vocatur , quando plurimis constat
lamellis vel membranis carneis sibi invicem parallele im-
positis ; quæ deinceps maximam partem in folia explican-
tur , ex quorum medio floriger caulis exsurgit , quæ
omnia in autumno pereunt , sed in medio gemmam re-
linquent , quæ remanet , & in qua jam tunc nova futura
existit planta , quæ sequenti vere radices suas emitit ,
caulem , folia , & flores explicat ; ut in prædictis plantis

videre est; imò in hujus nucleo medio jam hæret planta anni tertii: hoc cum tuberosis radicibus bulbosa communè habet, quòd citra gemmam medium, unam, vel plures minores relinquat gemmulas (prout in magis vel minus fertili luxuriat solo,) quæ sequenti plerumque anno novas fibrillas emittunt, & sui juris factæ matrem deferrunt, & propriis præsumt muneribus. B. *Wollen / Klisterg.* G. Kolb-wurtzel kein runde Wurtzel. Gall. *Racine ronde, Bulbes.* A. Bulbs or any root that is round.

BULBINA, & BULBINE, videtur diminutivum à *Bulbus*.

BULBOCASTANUM, Est planta, quæ habet folia tenuissimè divisa, ad seseli accendentia, sed saporis debilioris, cauli longo purpureo adhærentia; flos, semina, & umbella ad seseli quoque accedunt; radix est bulbosa, nigra cute obducta, carnosa, edulis, extus nigra, alba intus; pro bulbo habet quasi nucem castaneam, hinc nomen dicitur Italis pancaseole, ex pane, & caseo, quia nutrit instar panis & casei. Ex *Bulbus* & *nucára*, Castanea, glans castaneam enim sapit; vocatur etiam glans terræ. B. *Erd-noten / Muizen met staarten / Erd-akerg.* G. Erd-nuz, Erd-kesten, Schafernuz, Erd-eychlen, Grund-eychlen, Acker-eychlen, Erd seygen. Gall. *Glands de terre, Terrenoix.* A. Kepper nut, Earth-nut, pignut.

BULBONAC vel *BOLBONAC*, est herba, *Lunaria* sive *viola Latifolia* dicta: sic dici putat *Lobelius* à radice tuberosa seu bulbosa. B. *Penning-kruid / Penning-bloemen.* G. Mondt-viole, Mondt-kraut. Gall. *Lunaire.* A. Sattin or glonesty.

BUBONIUM, vide *Aster*.

BULBASPHODELUS, est *Asphodelus* bulbosus.

BULBUS, vide *Bulbi*.

BULIMIA, idem quod *Bulimus*.

BULIMIASIS, idem quod *Bulimus*.

BULIMUS Aurel. *Phagadæna, Edacitas præter confundinem Horationo.* *Bulimus* Plut. in Symp. Galeni, *Bulimus*, *Bulbosis*. Plut. Hom. *Φαγίδαινα.* Estque fames aucta nimis; cui saepè lipothymiae comitantur, *Bovina* dicta: oritur aliquando à ventriculi fermento nimirum acri, & quacunque acrimonia huc delata, vel vermis, vel actionibus corporis validis, & fibrarum ventriculi & intesti-

testinorum robore summo , unde tunicæ membranaceæ & nervi irritati animal remedium , alimentum , fibi appetit , ex $\beta\sigma$; bos , sive ut aliis placet ex particula $\beta\sigma$; significationem augente & intendente , & $\lambda\mu\mu$; fames . B. Hoe-honger / een onverzadelyke honger / razende honger / eet-zucht . G. Al zu groser Hunger , Kuehe-hunger . Gall. Appetit devorant . A. An unsatiable hunger .

BUMELIA , est *Fraxinus bubula* , vel ut aliis placet , *Fraxinus magna* : ex $\beta\sigma$; bos , aut ex $\beta\sigma$; particula augendi , & $\mu\delta\mu$ vel $\mu\delta\mu$ *Fraxinus* .

BUNIAS , sive NAPUS , significat radicem tuberosam , crassam & magnam , à similitudine collum , terræque tumorum , quos Gr. $\beta\sigma\tau.\alpha$ appellant .

BUPHTHALMUM , est planta , quæ habet caules ad altitudinem unius vel duorum pedum crescentes , tenues lanuginosos : folia alternatim incisa , lanuginosa , dentata , tanaceti minoris similia : flos est radiatus , ejusque discus ex plurimis flosculis folio imbricato inter se distinctis componitur , corona verò ex semi flosculis , embryonibus infidentibus , & calice squammoso comprehensis : embryones autem deinde abeunt in semina plerimque tenuia & angulosa : radix est dura & lignosa : dicitur etiam *oculus bovis* seu *Cotyla factida* . Vocatur sic , quia ejus flores oculi imitantur formam & boum potissimum oculis similes sint . B. Hoedil. Hoeoog/ stinkende hermille/ Padde-blom . G. Kroeten-dill , Hundsz-dill , Hunds-blum . Gall. Oeil de bœuf , Espargoute . A. Oxe-eye , May-weed .

BUPLEURON , est planta , quæ habet caulem nodosum , in ramos divisum : folia sunt oblonga , satis ampla , rigida , dura , nervosa , acuminata , auriculae leporis satis similia , & alterno ordine cauli adnata : flos est rosaceus , umbellatus , quinque petalis constans in orbem positus , & calici infidentibus ; is autem abit in fructum ex duobus seminibus compositum , oblongis , hinc gibbis & striatis , inde verò planis ; crescit hæc planta in locis montosis ad sepes , & in dumetis . Videtur componi ex $\beta\sigma$; bos , & $\pi\lambda\mu\mu$ costa , quasi diceres bovis costa : dicitur & auricula leporis . Gall . Perce feuille , Oreille de Lievre .

BUPRESTIS , Gr. $\beta\sigma\pi\gamma\mu\tau\mu$, insectum est de genere cantharidum , in arbore pinu degens . Dicitur ex $\beta\sigma$; bos , & $\pi\lambda\mu\mu$, qui incendit , ex $\pi\gamma\mu\mu$, quod si bos cum pasquis

pascuis illud animal devoraverit inflammatione perit, & tumore abdominis.

BURSA PASTORIS, est Thlaspios species, quæ habet folia oblonga, incisa instar erucæ, repentina: caules sunt exiguæ, ramosi, in alas divisi, folia habentes, quædam integra, alia profundè incisa: flores parvi, albi, juxta caules ordinati, quadrifidi, cruciformes sunt; post florē sequitur fructus triangularis, compressus, bursam referens, divisus in duo loculamenta, continentia semina exigua, ferè obrotunda, nigra: radix est longa, alba, fibrosa, saporis subdulcis & ingrati: crescit hæc planta in omnibus locis in cultis: sic dicitur, quod ejus folliculi seminales Bursam pastoriam apprimè referant. Hinc etiam *Pera pastoris* vocatur. B. *Herdere-tas/ Tschengs-kraut/ Borschens-kraut.* G. Taschen-kraut. Gall. *Tabouret ou Bourse à Berger.* A. Sheepherds purse.

BURSALIS MUSCULUS, est *Obthurator* femoris internum, sic dictus quia tendines quadruplices junctos intra carnosum veluti marsupium, à tertio & quarto quadrigemino, eleganter formatum abscondit. B. *De veurs-spier.* G. Beutel-mausz. Gall. *l'Obturateur interne.* A. The inward Obturator.

BUSELINUM, est Daucus vulgaris, quasi dices *Selinum bovinum*, id est *magnum*.

BUTOMON, est graminis arundinacei species, quæ habet caules rectos, crassos, politos, æquales: folia graminea, triangularia, ex radice erumpentia: caulis est nudus, in hujus capite umbella sustinetur vel flos polypetalus, rosaceus: floris pistillum abit in fructum, qui constat coniunctis arctissimis vaginulis, quæ plurima semina plana, oblonga, exigua, recondunt: radix est crassa, alba, nodosa, fibrosa: hec planta crescit in locis aquosis, præferunt in pratis vel circa mare: dicitur & *Platanaria*: sic dicitur, quia avidè à bobus expeditur; vel quia valde scindit, ex *βε*; bos; vel *βε* particula augens, & *τιμων* seco. B. *Kitt/ græs.* Gall. *Jonc fleuri.*

BUTYRUM, Gr. *βέρυλλον*, quasi *βε*, seu bovis, *τυρός*, caseus, vel coagulum: pars est lactis pinguior ab ipso multâ agitatiōne & conquaſſatione ſecreta: A. Chemicis hoc vocabulum translatum eft ad liquores oleofos ex mineralibus paratos, uti ex Antimonio & Mercurio sublima.

limato simul destillatis fit *Butyrum Antimonii*. B. *Boter*.

BUXUS, Est arbuscula, cuius truncus saepe instar fe-
moris crassus, lignum est durum, compactum, & flavum:
folia sunt oblonga, minima, dura, obrotunda, crassa, po-
lita, semper viridia, splendentia, odoris penetrantis sati-
grati: flores minimi, herbacei, tribus vel quatuor stami-
nibus constantes, è fundo plerumque tetragono calicis fo-
liati surgentibus; embryones autem in aliis ejusdem plan-
tae locis oriuntur, abeuntque in fructus olla inversae quo-
dammodo æmulos, in tres partes apice dehiscentes, in
tria loculamenta divisos, seminibusque foetos in capitulo,
cartilaginosa, vi elasticâ munita, reconditis, haec femina
sunt fusca, longa, splendentia à Gr. πεπονι, mutato nem-
pe P. in B. venit à πουαζ denso, nam densum habet lig-
num. Hinc quoque *Bruscas* & *Ruscus*. B. *Palm* / *Bog-
boom* / *Bur-boem*. G. *Buchsbaum*, *Buxbaum*. Gall.
Buis, *Bouis*. A. *Boxtree*.

BYNE, est *Maltum*, sive *hordeum madefactum*, &
germinans, quod postea siccatur, an à σίρα & γάρω, quia
humore impletur? B. *Mout*. G. *Maltz*. Gall. *Mouiture*,
Brusis. A. *Malt*.

BYSSUM, *Byssus*, est lini præstantissimi species.

C.

CACABUS seu *LE BES*, est vas terreum vel cupreum
majus, stanno intus obductum, quod climactere su-
pra ignem suspensi solet, in quo Medicamenta coquun-
tur. B. *Een ketel*. G. Eine Pfanne, Kessel. Gall. *Mar-
mite*, *Chaudron*. A. A Kettle, Caldron or Basin.

CACATORIA FEBRIS, est febris intermittens, (sic
dicta Clarissimo *Sylvio de le Boe*) cum alvi dejectione
multa vel frequenti, & quandoque simul torminosa, di-
verso accessu tempore tegros valde affligens, ac debili-
tans: etiam *Catarrhica* & *Dejectoria* vocari potest. B. *De-
kak-hoozg*. G. Scheis Fieber. Gall. *Fievre avec devoi-
ement*. A. The purging fever.

CACHECTICUS, est qui cachexia laborat. B. *Zug-
tig/die in een quaat vel steekt/wangedaantig*. G. Der
Col-